



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 44. Decretum summi Pontificis, quo hæc responsa confirmantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. præfato Domino Patriarcha Antioche  
A. C. 1704. no, tum ab aliis, quibus superius re-  
 sponsorum executio injungetur, ut om-  
 nis quidem Ethnicæ superstitionis spe-  
 cies, ejusque afflatus, juxta Tertullia-  
 ni monitum, etiam de longinquu de-  
 vitetur: insimul tamen Operariorum  
 Evangelicorum in Vinea Domini stre-  
 nue, ac sedulo laborantium, qui prius  
 quam supra relata Dubia, ex solita  
 hujus S. Sedis providentia, ac recti-  
 tudine dirimerentur, aliter senserunt  
 honori, ac famæ consulatur, nec tam  
 quam Idololatriæ fautores traducan-  
 tur; præsertim quia pleraque ex illis,  
 quæ Christianis permittenda non esse  
 sicut præmittitur, responsum fuit, ipi  
 quoque se nunquam revera permisisse  
 declararunt, nec dubitandum sit illos  
 finita jam caufsa, præfatæ sanctæ Sedis  
 mandatis, ea qua decet, humilitate  
 & obedientia esse obsecuturos.

#### §. XLIV.

*Decretum summi Pontificis, quo ha-  
 responsa confirmantur.*

*Hode Hist. de Louis XIV. l. 156.* **H**æc responsa summus Pontifex Ca-  
 rolo Thomæ Maillard de Tournon  
 Patriarchæ Antiocheno, & in Indiis  
 Orientalibus & Sinarum Imperio, Com-  
 missario Apostolico & Visitatori Gene-  
 rali

rali submisit, ut illorum executionem Sæc. XVII.  
apud Sinas urgeret: ipse vero Pontifex A.C. 1704.  
eadem responfa confirmavit, approba-  
vitque, & in suæ mentis testimonium  
die vigesima Novembris hoc anno se-  
quens decretum promulgari jussit.

„In Congregatione Generali sanctæ  
„Romanæ & universalis Inquisitionis,  
„habita in Palatio Apostolico Quirinali,  
„coram Sanctiss. D. N. D. Clemente Di-  
„vina providentia Papa XI. ac Emi-  
„nentissimis & Reverendissimis DD. S.  
„R. E. Cardinalibus, in tota Republica  
„Christiana, contra hæreticam pravi-  
„tatem, generalibus Inquisitoribus a  
„S. Sede Apostolica specialiter depu-  
„tatis. Sanctitas sua, postquam in  
„pluribus Congregationibus coram se-  
„habitis, ab ipso Pontificatus sui pri-  
„mordio super præmissis Quæsitis, seu  
„dubiis Theologorum, ac qualificato-  
„rum, ad id a sanctæ memoriæ Innocen-  
„tio XII. deputatorum, sententias ex-  
„ceperat: postquam itidem pluries de-  
„iis egerat cum DD. Episcopis Beri-  
„tensi, & Rosaliensi, Vicariis Aposto-  
„licis in Regno Sinarum, Romæ nunc  
„commorantibus: ac postquam demum  
„quidquid in ejusmodi Controversiis  
„Patres Franciscus Noel, & Caspar  
„Castner Societatis Jesu Procuratores,  
„&

Sæc. XVII. „ & Missionarii Apostolici ejusdem Re  
A.C. 1704

„ gni deducere potuerunt, seu volue  
„ runt, audiverat: Responfa supradicta  
„ quæ in aliis præcedentibus Congre  
„ gationibus similiter coram Sanctitate  
„ sua habitis, diu multumque discussa,  
„ ac mature examinata fuerant, con  
„ firmavit, & approbavit; illaque Do  
„ mino Carolo Thomæ de Tournon Pa  
„ triarchæ Antiocheno Commissario &  
„ Visitatori Apostolico, in præfato Si  
„ narum, & aliis Indiarum Orientalium  
„ Regnis transmitti mandavit, unacum  
„ congrua, & opportuna instructione  
„ desuper facienda, ad hoc, ut tam ipse  
„ quam reliqui Archiepiscopi, Episcopi,  
„ seu alii, qui in illis partibus Visita  
„ toris, delegati, seu Vicarii Apostolici  
„ munus exercent, vel in posterum  
„ exercebunt, Responfa hujusmodi ab  
„ omnibus, & singulis, nunc, & pro  
„ tempore ibidem existentibus Missio  
„ nariis, cujuscunque Ordinis, Reli  
„ gionis, & Instituti, etiam Societatis  
„ Jesu, necnon ab universis Christi fi  
„ delibus earumdem partium, sub pœ  
„ nis Canonicis, ea qua decet, obe  
„ dientia observari curent, & faciant;  
„ suspensa tamen interea, jussis & ra  
„ tionabilibus ex cauſis, animum San  
„ ctitatis suæ moventibus, eorumdem  
„ Responsorum publicatione, seu quavis  
„ evul-

„evulgatione tam in urbe, quam in Sæc. XVII.  
„aliis Europæ partibus: In contra- A.C. 1704.  
„rium facientibus non obstantibus qui-  
„buscunque. „

Hanc caussam esse finitam credebat Pontifex; verum horum Rituum Afferentes adeo pertinaciter inhærebant suis sententiis, ut palam proferre auderent, hoc Pontificis decretum esse duntaxat conditionatum, eorumque opiniones non esse damnatas, eoquod Pontifex de eorum, quæ ab utraque parte exposita fuissent, *veritate aut falsitate* nihil deciderit: qua fronte autem id in rem suam vertere potuerint, plane ignoratur, postquam Pontifex disertis verbis declarabat, quod responsa veritatis dererit, & argumenta ultro citroque proposita diu ac serio discusserit, & tandem responsa, quibus hi ritus prout expositi fuerunt, tanquam superstitionis ac Idololatrici pronuntiantur, confirmarit, & approbarit: num forte PP. Noel & Castner ignorabant, quæ a Maigroto exposita fuere, & qualiter hi ritus apud Sinenses exerceantur, aut forte desuper interrogati coram Papa tacuerunt; ast fuere audit in omnibus, quæ deducere voluerunt & potuere, & tamen fuerunt damnati, satis ergo de veritate & falsitate expositorum constabat, his igitur effugiis nil aliud profectum,

Sæc. XVII. fectum, quam quod palam a nonnullis  
 A.C. 1704. diceretur, tunc primum Jesuitas cre-  
 didisse, quod Papa non sit infallibilis,  
 eoquod in sua decisione eorum causa  
 adversatus esset.

## §. XLV.

*Duacensis Universitatis Judicium di-  
 libello, cui titulus: Confidentia  
 Christiana.*

Argentre  
 Coll. Jud.  
 t. 3. p. 439.

Jam supra meminimus, a P. Gerber-  
 nio typis vulgatum fuisse libellum,  
 cui titulus erat, *Confidentia Christiana*  
*quatuor immotis principiis innixa*, ex qui-  
*bis præcipue veritates salutem hominum*  
*respicientes necessario profluunt*. Hun-  
*libellum Humbertus Mechliniensis Ar-*  
*chiepiscopus ad Duacensem Facultatem*  
*Theologicam transmisit, petens, ut ei*  
*desuper suum proferret judicium*: Igi-  
*tur illa die septima Februarii hoc anno*  
*sequens promulgavit decretum: „Sa-*  
*„cra Facultas Theologica Universitatis*  
*„Duacensis acceptis ab Illustrissimo, ac*  
*„Reverendissimo Mechliniensium Ar-*  
*„chiepiscopo Belgii Primate literis*  
*„humanissimis, quibus invitatur, ut*  
*„judicium suum depromat super libello,*  
*„cui titulus est: *Confidentia &c. æqui-**  
*„simo tanti præfusilis desiderio non po-*  
*„tuit non annuere. Quapropter præ-*  
*„dicto*